

& eficit uelut pasta. & postmodum inciditur minutim in frustra quemadmodum  
uos uidistis. in ista contracta tam intensus est calor quod uix homines posunt  
89<sup>r</sup> ferorem suffere| veniunt ad hunc regnum mercatores cum eorum mercimonijs  
de manci & de arabia & de leuante & ibi faciunt mercimonia multa de hijs que  
apportant de eorum patria & postmodum reportant cum eorum nauibus de merci-  
monijs de hoc regno ibi sunt multe bestie diuerse ab omnibus alijs mundi nam  
ibi sunt leones nigri absque ulo alio colore uel signo sunt etiam ibi papagali de *hic inueniuntur leones*  
pluribus maneriebus. nam ibi sunt papagali toti albi & habent pedes & rostrum *nigri*  
rubeum sunt & ibi papagali rubei & blaui qui sunt pulcherimi ad uidendum sunt *nota*  
etiam ibi aliqui ualde parui & pulcerimi habent etiam pauones multo pulciores  
& maiores nostratis & alt[er]ius forme & stature habent galinas diuersas a  
nostris habent omnia diuersa a nostris & pulciora & meliora quoniam multum\*  
fructum habent similem nostris nec bestiam neque auem & hoc accidit propter  
intensum calorem qui ibi regnat. segetes quidem non habent nisi solummodo  
risum faciunt etiam vinum de datalis quod est ualde bonum & facit hominem *vinum de tatalis*  
cicius ebriari quam uinum de racenis. habent preterea habundanter de omnibus  
humano corpori uportunis segetibus exceptis nam nisi risum [non] habent. astro-  
logos quidem habent multos & bonos & medicos qui bene sciunt curare & custodire  
corpora humana & omnes tam masculi quam femine sunt nigri & uadunt nudi *sunt nigri & uadunt nudi*  
excepto quod eorum naturam cohoperiunt cum pulcris drapis non reputant  
peccatum aliquam luxuriam uel aliquod peccatum carnalem conubia quidem  
89<sup>v</sup> taliter faciunt videlicet quod accipiunt| consanguineas germanas & nouercas si *nota consuetudinem isto-*  
patres eorum deciserint & cognata similiter & hanc consuetudinem omnes yndi *rum*  
obseruant/ hic naratur de ciuitate camari :/

**C**omari est quedam patria yndie de qua aliquid uideri potest de stella tra- *bic naratur de ciuitate*  
montane quam uidere non ualemus ab insula çaua huc usque & hinc itur *camari*  
bene per xxx<sup>ta</sup> miliaria in mare & uidetur tramontana iste locus non est  
multum domesticus set aliquantulum siluester in ea sunt bestie de diuersis  
maneriebus & precipue simij nam sunt taliter ibi facti quod homines esse uide[n]tur  
& sunt ibi gati mamones tam diuersi ab alijs quod mirabile est leones leopardos  
habent multos & lonças alia quidem ibi dicenda non sunt & ideo ult[er]ius  
procedentes dicemus de regno eli. :

**E**li est quoddam regnum distans a quomari circa ccc<sup>ta</sup> miliaria cuius gentes  
regem habent & adorant ydola nulli redunt tributum & loquelam per sse *isti adorant ydola*  
habent mores quidem eorum & res que ibi nascuntur narabimus uobis &  
poteritis clarius intelligere. nam apropinquamus ad loqua magis domestica ista

\* Read : nullum